

232

Innocentius episcopus servus servorum Dei.
 Dilecto filio Wierzgoni Polono de Sandecz
 militi, Cracoviensis diocesis, salutem et
 apostolicam benedictionem. Cum a nobis pe-
 titur, quod iustum est et honestum, tam
 vigor equitatis, quam ordo exigit rationis,
 ut id per sollicitudinem officii nostri ad
 debitum perducatur effectum. Sane pre-
 sentate nobis ex parte tua literae contine-
 bant. Quod villam tuam de Larewco, qua
 est in castellania de Sandecz Cracovien-
 si diocesis, pro remedio anime tue, di-
 lectis filiis fratribus Dominici sepulchri,
 in presentia nobilis viri ducis Cracovi-
 ensis ecclesie Romanae devoti, pia et pro-
 videra liberalitate donasti. Nos igitur tuis
 supplicationibus inclinati, donationem hu-
 iusmodi ratam habentes et gratam, illam
 auctoritate apostolica confirmamus, et pre-
 sentis scripti patrocinio communimus. Nul-
 li ergo omnino hominum liceat hanc pa-
 ginam nostre confirmationis infringere,
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
 tem hoc attemptare presumpserit, indi-
 gnationem omnipotentis Dei, et beatorum
 Petri et Pauli apostolorum eius se noverit
 incursum. Datum Perusii decima Ka-
 lendas decembris pontificatus nostri an-
 no decimo.

Monastica.

In hoc libro

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side]

no. 1282

[Faint, illegible text]